

**3323** Iano patri Aug. sac. | L. Atrilius L. f. Felix | votum sol. l. animo | s. p. f. et dedicavit.

*Dianae in Numidia (VIII 4876 vidit Wilmanns).*

**3324** Iani patro (*sic*) | L. Bennius | Primus | sacerdos | cum Bennio | Fortunato | filio | v. s. l. a.

*Prope Lambaesim (VIII 2608 vidit Renier). — Titulum Musti in Africa [I]ani (*sic*) patri Aug., simul autem Nutrici et Frugifero diis dedicatum, dabimus infra inter titulos numinum Afrorum.*

**3325** M. M. et | l. P. Aug.

*Mactari (VIII S. 41797 vidit Cagnat). — Matri Magnae et Iano patri Augusto.*

**3326** senatus populusque Romanus | incendio consumptum restituit.

*Romae in foro, in epistilio aedis octo columnarum ad imum clivum Capitolum, litteris olim aere incrustatis (VI 957; Huebner ex. scr. epigr. 469). Aedem, quae per tria saecula Concordiae fuisse putabatur, iam constat (praesertim post effossa rudera verae aedis Concordiae) fuisse antiquissimam aedem Saturni (cf. Jordan Top. I 2 p. 560 seq.), quam restituit L. Munatius Plancus consul a. 712 (cf. supra N. 41.886). Hic titulus ad aliam restitutionem spectat, factam eam vix ineunte saeculo p. Chr. tertio, ut plerique putant (cf. Jordan Top. l. c. p. 561 not. 69), nam illis temporibus imperatores templa urbis Romae restituere solebant, neque potuit omnino sileri de imperatore in titulo illo loco proposito, sed potius labente saec. tertio, cum imperatores administrationem urbis Romae paulatim senatui relinquerent, vel etiam saec. IV.*

**3327** Saturno | Aug. sac. | Claudia | Aesernina | sacerdos | divae Augustae | t. p. i.

*Naronae in Dalmatia (III 4796 bis descripta).*

**3328** Saturno | conserv[atori] | . . . .

*Veronae (V 5293 vidit Mommsen). Alias dedicationes Saturno (Saturno Augusto) factas Veronae habes V 3291. 5292. 8844.*

**3329** Opi divinae | P. Aruntius | P. f. | Aeserninus III|vir | p. v.

*Prope Aeserniam (IX 2635 ad exemplum auctoris paene ignoti et fidei incertae).*

**3330** ex impe[rio] | Opi et | dibus et | deabus, | Vettia | . . . .<sup>1</sup> | d. d. l. m.

*Prope Albam Fucentem, non longe a Tagliacozzo, rep. (IX 5912 vidit Mommsen). — 1) Cognomen Vettiae recte legi non potuit.*

**3331** [Opi] Opifer. sac.<sup>1</sup> D . . . . ius.

*Prope Fidena rep., fragmentem vasis quadrati (Eph. 7, 4268 = Notizie 1889 p. 109 descr. Lancianus). — 1) Opis Opiferae sacra urbana memorat hemerologium fratrum Arvalium sub d. 25 Aug. (cf. CIL. I ed. 2 p. 526), aedem eiusdem deae memorat Plin. h. n. 41, 474; cf. Jordan eph. ep. I p. 229, Top. I 2 p. 45. Ceterum etiam alia numina opifera dicebantur (Diana, v. supra N. 5258; Fortuna XIV 5559, cet.).*